Hic Tit. agit de Mortis cauſâ

- *Donatione quæ*
  - *Dividitur. v. pag. præc.*
  - *Conſtituitur Voluntate*
    - *1. Scilicet*
      - *Donantis. v. pag. præc.*
      - *Donatarii*
        - *Qui Teſtamenti factionem Paſſivam habet tempore mortis*, quo confirmatur hæc donatio. *l. 9. l. 22. ff. h.* unde conjugi à conjuge rectè mortis cauſa donatur. *l. 10. ff. d. don. int. vir. & ux.*
        - *Et cum Fit*
          - *Præſenti*, ſive verè ſ. fictè. e. g. per Procuratorem. *a. l. 11. §. 2. ff. h. opus eſt* ejus *acceptatione. l. 38. ff. h.*
          - *Abſenti* ob certam donantis intentionem *ſuſtinetur tanquam Legatum vel Fideicommiſſum* citra acceptandi neceſſitatem. *l. 77. §. 26. ff. d. leg. 2. l. 75. ff. eod.* dummodo Donans legare vel fideicommittere queat, (excluditur itaque filiusfam.) & neceſſariæ Solennitates in legatis vel fideicommiſſis adhibitæ ſint. Carpz. *P. 3. C. 1. d. 35.*
    - *2. Declarata*
      - *Per Traditionem. l. 2. ff. h. vel Conventionem*, ut ſtipulationem *l. 34. ff. h.* vel pactum. *a. l. 35. §. 5. C. d. don.* Struv. *S. J. C. Ex. 40. th. 27.*
      - *Solenniter vel*
        - *Publicè coram Principe. a. l. 19. C. d. teſtam. aut Actis*, ubi teſtes nulli requiruntur. *a. L. 31. C. d. don.* & ſufficit in loco judicii, ſive coram perſonis judicialibus delegatis in domo donatoris, donandi animum explicatum eſſe, cùm idem in Teſtamentis obtineat. Carpz. *P. 3. C. 1. d. 26. 28.* ad quorum imitationem *in Sax. El.* in hiſce Donationibus neque inſinuatio per Procuratorem facta valet. *d. 27.* neque donatio in loco, quo ſita eſt res donata licet immobilis, præciſè inſinuanda venit. *id. d. 25. Singulare* autem *hoc obtinet Jur. Sax. El. quod Donatio Omnium omninò Bonorum, non niſi Judicialiter facta ſubſiſtit. P. 3. C. El. 1. §.* damit nun, adeoque etiam coram Notario & 7. teſtibus ſuſcepta. Carpz. *d. C. d. 23.* item peſtis tempore coram duobus teſtibus, vitio invaliditatis laborat. *id. d. 34.*
        - *Privatim coram 5. Teſtibus*
          - *In quorum numero etiam computari poteſt* adhibitus *Notarius. R. I. d. A. 1512. t. 2. §. 2.* adeoque Donatio coram Notario & 4. teſtibus facta ſubſiſtit. Carpz. *P. 3. C. 1. d. 32.* ſi quis ex eo numero deficiat Solennitatis formalis defectum Donatoris Juſjurandum non ſupplet. *a. l. 12. C. d. teſtam. id. d. l. d. 29.*
          - *Una vice Præſentibus Donatorem Videntibus & Audientibus. a. l. 9. C. d. teſtam.* licet non rogatis. *l. f. §. f. C. d. codicill.* aut mulieribus. *a. l. 20. §. 6. ff. qui teſt. fac. poſſ. id. d. C. d. 30.* nihilominus tempore peſtis ſuſcepta hæc donatio 2. teſtes tantum deſiderat. *a. l. 15. ff. h. id. d. 33.* &c, cum hæredis fides à donatore eſt electa, nulli teſtes ſunt neceſſarii juxta *a. l. f. C. d. fideicomm. §. f. I. d. fideic. hær. j. §. 1. I. donat.*
          - *Quamvis donatio ſit à Ruſtico facta. a. l. f. C. d. teſtam. R. I. d. A. 1512. t. 2. §. 2.* Berl. *P. 3. Concl. 2. n. 9. aut 500. aureos excedat:* nam ultimas voluntates imitatur. *l. f. C. h. id. P. 2. Concl. 14. n. 12.*
    - *3. Morte confirmata. l. 32. ff. h.* ad exemplum legatorum. *L. 15. ff. h. j. l. 4. ff. d. adim. vel transfer. leg.*
  - *Verſatur. v. pag. ſeq.*
- *Capione. v. pag. 490.*